

2406

/ Ill/me et R/me Domine,

Non potui continuo respondere litteris Ill/mae D.V. quia aegrotavi ad longum tempus, sed misi continuo litteras Ill/mae D.V. ad sanctum Officiū, ut responderent qui sancto officio praesunt, quod audio jam illos cumulate praestitisse. Ego melius valeo, sed aetas mea, quae anno octogesimo proxima est, non mihi promittit, nisi laborem, et dolorem. Utinam à labore, et dolore temporali ad aeternam requiem bono Domino nostro adjuvante perveniam. His valeat Ill/ma et R/ma Amplitudo vestra, mei memor in sanctis orationibus suis. Datum Romae  
/10 die 10. Maii 1621.

Ill/mae et R/mae Amplitudinis vestrae

addictissimus atque ad omne obsequium promptus servitor

La soprascritta

Ill/mo et R/mo D. D. Episcopo Augustano Domino meo colendiss/o.

15

Augustam.

---

Archiv.Vatic.Gesuiti 18 fol.129. brouillon autogr.:

ibid. 22 epist.CCXXVIII